

Michael D. Elliot, November, 2013

*Libellus responsionum (Paris Bn lat. 3846)*

This transcription of the *Libellus responsionum* from the *Collectio Sancti Amandi* in Paris, Bibliothèque nationale, lat. 3846, was made for the *Carolingian Canon Law* project, and as such complies with the conventions stipulated by the project's guidelines

(<http://ccl.rch.uky.edu/guidelines/guidelinestr.html>).

Manuscript rubrics have been rendered in **bold**.

All corrections have been made by the main scribe or by contemporary hands, unless otherwise noted.

[f. 254r] **DE EXPOSITIONE DIVERSARUM rerum beati gregorii papae urbis romae qua transmisit in saxonia ad agustinum episcopum quae ipse pro se ad predicandum misit.**

**INTERROGATIO.** De episcopis qualiter cum suis clericis conuersentur uel his quae fidelium oblationibus accedunt altario quante debeant fieri portionis. et qualiter episcopus agere in ecclesia debeat. **RESPONDIT SANCTUS GREGORIUS** papa urbis romae. Sacra scriptura testatur. Quam bene te nosse non dubium<sup>1</sup> et specialiter. beati pauli ad timotheum epistole in quibus erudire studuit qualiter eum in dono<sup>1</sup> dei conuersari. oportuisset. Mos autem sed his qui apostolice est ut ordinatis episcopis precepta traderent et ex omni stipendio quod accedet. IIIor. debeant portionis. Una uidelicet episcopo et familiae propter hospitalitatem. atque susceptionem. Alia clero. tertia pauperibus quarta ecclesiis reparandis. sed quia tua fraternitas monasterii regulis eruditus seorsum uiuere non debet a clericis suis in ecclesia anglorum quae auctore deo nuper adhuc ad fidem perducta. est. hanc debet conuersatione instituere quae inicio nascentis ecclesiae fuit patribus nostris. In quibus nullus eorum ex his quae possedebant aliquid suum. esse. dicebat<sup>2</sup> sed erant eis omnia communia. {Act 4, 32} Si qui uero clerici sunt extra sacros ordines constitute qui se continere non possunt sortire uxores debent. et stipendia sua exterius. accipere Quia et de his te quibus praefati sumus nouimus scriptum. quod qui uidebatur singulis prout cuique opus erat. {Act 4, 35} De eorum quoque stipendio cogitandum est. atque prouidendum. Et sub ecclesiastica regula tenendi. ut bonis moribus uiuant et canendis psalmis inuigilent et ab omnibus inlitis. cor et lingua. et corpus deo auctore conseruent. Communis uita uiuentibus Iam de fatiendis portionibus uel exhibenda hospitalitate et adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum Cum omne quod superest In causis piis hac relegiosis erogandum. est. domino et magistro omnium docente quod superest. Date aelimosina et ecce omnia munda sunt uobis. {Lc 11, 41}

**INTERROGATIO.** Cum una sit fides ecclesiarum diuersae consuetudinis et alter consuetudo missarum in sancta romana ecclesia atque alter in gallearum ecclesiis tenetur. **RESPONDIT GREGORIUS** papa. Nouit fraternitas tua Romanae ecclesiae consuetudine In qua se meminit nutritam ualde amabilem te habeat sed mihi placet ut siue in romana siue in gallearum siue in

<sup>1</sup> dono *written* do no; -no *perhaps corrected from* -mo

<sup>2</sup> dicebat *written* diceb

Michael D. Elliot, November, 2013

*Libellus responsionum (Paris Bn lat. 3846)*

qualibet ecclesia aliquid inuenisti quod plus omnipotenti deo possit placere sollicite elegat et in anglorum ecclesia quae adhuc ad fidem noua est institutione precipua quam de multis ecclesiis collegere potuit infundat Non enim pro locis res. sed pro [f. 254v] bonis rebus loca amanda sunt ex singulis ergo quibusque ecclesiis quae pia quae re religiosa quae recta sunt elegat et haec quasi in fasciculo colecta apud anglorum mentes in consuetudine deponat.

**III. INTERROGATIO.** Obsecro quid pati debeat. si quis aliquis. aliquid dec {sic} ecclesia furtu abstulerit. RESPONDIT Gregorius. Hoc tua fraternitas ex persona furis pensare potest qualiter ualeat. correti. sunt enim quidam qui habentes subsidua furtum perpetrant. Et sunt alii qui hac in se ex inopia delinquant. Unde necesse est ut quidam damnis quidam uero uerberibus et quidam districtius quidam his lenius corrigatur Et cum pauli districtius agitur ex caritate agendum est. non ex furore Quia ipsi hoc prestatur qui corregitur ne gehenne ignibus tradatur. si enim nos fidelibus tenere disciplinam debemus. sicut boni patres carnalibus desiderii solent quos et per {sic} culpis uerberibus feriunt et tamen pro {sic} quos doloribus adfligunt. habere heredes quaerunt et possident. ipsis seruent quos irati insequi uidentur haec ergo caritas in mente tenenda. est. et ipsa modum correctionis. Dicat ita ut mens extra rationis regula omnino nihil faciat addis etiam quomodo ea quae furtu de ecclesiis abstulerint reddere debæant sed absit ne ecclesia cum augmentum recipiat Quod de terrenis rebus uidetur amittere et lucra de uanis querat.

**III. INTERROGATIO.** Si debænt duo germani fratres: singulos {singulas corr.} sorores accipere quae sunt ab illis longe progenie generati RESPONDIT GREGORIUS modis omnibus hoc fieri licet nequaquam in sacris eloquiis inuenitur Quod huic capitulo contradixisse uideatur.

**INTERROGATIO.** Usque ad cotum generationem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copolam et nouercis et cognatis si liciat copolam coniugio RESPONDIT GREGORIUS Et quidem terrena lex in romana republica permittit Ut siue fratri ut sorore seu duorum fratrum germanorum uel duorum filius et filia misceantur sed experimento dedimus et tali coniugio soboli non possi subcrecere Et sacra lex prohibet Cognitionis turpitudinem reuelare Unde

Michael D. Elliot, November, 2013

*Libellus responsionum (Paris Bn lat. 3846)*

necesse. est. ut iam tertia uel quarta generatio fidelium licent sibi iungi debeat Nam secunda quam predimus {prodimus corr.} a re omni modo debet abstinere Cum nouerca autem miscere graue est facinus Quia et in lege scriptum. est. Turpitudinem patris tui non reuelabis {Lv 18, 7} Neque enim patris turpitudinem filius reuelare potest. sed quia scriptum. est. Erunt duo in carne una. {Gn 2, 24} Quia turpitudinem nouercae quae una caro cum ista re fuit reuelare presumpserit profecto patris turpitudinem reuelauit Cum cognata quoque miscere prohibitum est quia per iunctionem priorem caro fratris fuerit facta pro qua rem. etiam. iohannis baptista capite [f. 255r] truncatus. est. et sancto martyrio consummatus cui non est dictum ut christum negaret et pro christum confessionem occisus. est. sed quia his de dominus noster iesus christus dixerat Ego sum ueritas {Io 14, 6} quia pro ueritate iohannis occisus. est. Uidelicet et christo sanguinem fudit quia uero sunt multi. in anglorum gente qui dum adhuc infidelitate essent huic nefando coniugio dicuntur admixti ad fidem uenientes admonendi sunt ut se abstineant. et graue hoc. esse. peccatum cognuscant tremendum dei timeant ne pro carnali dilectionem tormenta aeterni cruatus incurrant non acmen {sic} pro hac rem sacri corporis ac sanguines {sanguinis corr.} domini communionem priuandi sunt ne in eis illa ulcisci uideantur In quibus se pro ignorantiam ante lauacrum baptismatis adstrinxerunt. In hoc enim tempore sancta ecclesia quaedam per feruorem corregit quaedam per mansuetudinem tollerat quaedam per considerationem desimulat ut semper malum quod aduersatur portando et desimulando conpescat Omnes autem quae ad fidem ueniunt. admonendi sunt ne tale aliquid audeant perpetrare si qui autem perpetrauerint corporis et sanguinem domini communionem priuandi sunt Quia sicut in his qui per ignorantiam fecerunt culpa aliquatenus tolleranda. est. Ita in his fortiter insequenda qui metuunt sciendo peccare.

**VI. INTERROGATIO.** Si longinquitas itineris magna interiacet ut episcopi non facile ualeant conuenire an debeant sine aliorum episcoporum presentia episcopi ordinare Gregorius RESPONDIT. Et quidem in anglorum ecclesia in qua adhuc solus tu episcopus inueneris ordinare episcopum non aliter ni sine episcopis potestatem nam quando de gallis episcopi ueniunt qui in ordinatione episcopi testes adsistunt sed fraternitatem tuam Ita uolumus episcopos ordinare ut ipsi sibi epis {sic} longo interuallo minimi disiungantur Quatenus nulla sit necessitas ut in ordinatione episcopi conuenire non possint pastorum quoque aliquorum presentia quia ualde. est. ut illis facile me debeant conuenire cum igit {sic} auctore deo Ita fuerint episcopi in

Michael D. Elliot, November, 2013

*Libellus responsionum (Paris Bn lat. 3846)*

propinquis sibi locis ordinati per omnia episcoporum ordinatio sine adgregatis. tribus uel IIIIor. episcopis fieri non debet Nam quod in ipsis rebus spiritalis aut sapientes aut maturi disponantur exemplum trahere a rebus etiam carnalibus possumus etiam {etiam *del.*} certe enim dum coniugia in mundo celebrantur coniugati quique uocantur ut qui in uia iam coniugii precesserunt in subsequenti quoque copulati gaudie misceantur. Cur non ergo nobiscum in hac spiritali ordinatione qua per sacrum misterium homo deo congitur {coniungitur *corr.*} Talis conueniant {conueniant *corr.*} qui in profecto ordinati episcopi gaudeant uel per eius custodia omnipotente domino. [f. 255v] praeces pariter fundant.

**VII. INTERROGATIO.** Qualiter debemus. cum gallearum atque brittaniorum episcopis agere RESPONDIT GREGORIUS In gallearum episcopis unam tibi auctoritate tribuimus quia ab antiquis prodiscessorum meorum temporibus palleum arelatinsis episcopus accepit quem nos priuare auctoritate praepcepta {percepta *corr.*} minime debemus. si igitur contingat ut fraternitas tua ad gallearum prouincias transeat cum eorum arelatinse episcopo debeat agere qualiter si qua in episcopis uita corrigantur qui si forte in discipline uigore tepidus existat. Tuae fraternitas {fraternitatis *corr.*} zelo accendenque {accendendus *corr.*} est cui etiam epistolas fecimus ut cum tuae sanctitatis presentia in gallis et ipse tota mente subueniat et quae sunt creatoris nostri iussione contra. ab episcoporum moribus conpescat. Ipse autem ex auctoritate propria episcopi {episcopo *corr.*} gallearum indicare non poteris sed suadendo blandiendo bona quoque tua opera eorum Imitatione monstrant a prauorum mentis ad sanctitatis studium reforma. Quia scriptum. est. in lege. Per aliaenam messem transiens falcem mittere non debet sed manu spicas conterere {cf. Dt. 23, 25} falcem enim iudicii mittere non potes in ea gsegite {segite *corr.*} quae alteri uidetur. esse commissa. sed per affectum boni operis frumenta dominica uiciorum suorum paleis exspolia et in ecclesiae corporae monendo et persuadendo quasi mandando conuerte Quicquid uero ex auctoritate agendum est cum praedicto arelatinse episcopo agatur Nec pretermitti possit hoc quod antiqua patrum constitutio inuenit. brittanorum uero omnes episcopos tuae fraternitate commissimus ut indocti doceantur. Infirmi persuasione. roborentur. Peruersi auctoritate corrigantur.

**VIII.** Obsecro ut reliquiae sancti sexti martyris nobis transmittantur. GREGORIUS. Fecimus quae petisti quatenus populus qui in loco quodam sancti sexti martyris corporis dixerunt uenerari. quod tuae fraternitate Nec<sup>3</sup> uirum nec ueraciter sanctum uidetur certa sanctissimi et probatissimi martiris beneficia suscipiens colore incerta non debeat mihi tamen uidetur quia si corpus quod a populo esse cuiusdam martyris. esse. creditur Nullus illic miraculis coruscat et neque aliquid de antiquioribus existunt {existunt *corr.*} qui se a parentibus passionis eius ordinem audisse fateantur Ita reliquiae quas petistis eorum condensae sunt ut locus in quo praefatum corpus iacet modis omnibus obstruatur Nec permittatur populus certum deserere et incertum uenerari.

**VIII.** Si prignans mulier debet baptizari. aut postquam genuerit post quantum possit tempus ecclesiam intrare aut etiam baptizari aut ne morte preoccupetur quod genuerit post quod dies hoc liceat sacri baptismatis percipere aut post quantum temporis huic uir suos possit in carnis copulatione coniungi. Aut menstrua consuetudine teneretur. an in ecclesia intrare ei liceat aut sacre communionis [f. 256r] sacramenta percipere aut uir suae coniungi permixtus priusquam lauetur aqua si ecclesia possit intrare uel etiam ad ministerium sanctae communionis accedere Quae omnia rudi anglorum genti oportet habere comperta. GREGORIUS. Hoc non ambigo fraternitatem tuam. esse. requisitam Cui iam et responsum reddidisse me arbitrar sed hoc quod sentire et dicere ipse potuisti Credo quia mea aput te uolueris responsione firmari. Mulier enim prignans cur non debet baptizari cum non sit ante omnipotentis dei oculus culpa aliqua fecunditas Nam cum primi parentis nostri. in paradiso delinquissent immortalitatem quam acciperant dei iudicio perdiderunt Quia hisdem omnipotens deus humanum genus in culpa sua funditus extinguere noluit et immortalitate homini per peccato suo abstulit et tamen per benignitatem suae pietatis fecunditatem et subolis reseruauit. Quod ergo non nature humane ex omnipotentis dei dono seruatum est. qua ratione poterit a sacri baptismatis gracia prohibere. In illo quippe misterio in quo omnis culpa funditus extinguitur. Ualde stultum est si donum gratiae contradicere posse uideatur. Cum uero enixa fuerit mulier post quod debeat dies ecclesiam intrare Testamentum ueteris praeceptione didicisti Ut pro masculino dies XXXIII Pro faemina autem diebus LXVI debet abstinere. {cf. Lv 12, 4–5} Quod sciendum est quia in misterio accipitur Nam si hora eadem quia genuerit actura gratias intret ecclesia nullo peccato pondere grauatur uoluptas etenim carnis non dolor in culpa est. In carnis enim coinquinationem uoluptas est. Nam in prolis prolationem

---

<sup>3</sup> ÷ added in margin at this point

genitur.<sup>4</sup> Unde et ipse prime matri omnium deus in doloribus paries. {Gn 3, 16} Si enim enixam mulierem prohibemus ecclesiam intrare ipsam ei paenam suam in culpa deputamus. Baptizare autem uel enixam mulierem uel hoc quod genuerit si mortis periculo arguetur uel ipsa hora eadem qua gignit uel hoc quod gignitur eadem qua natum est. nullo modo prohibetur quia sicut {sicut *del.*} sancti misterii gracia \*\*\*\*\* {sicut *corr.*} uiuentibus atque discernentibus Cum magna discrecione prouidenda est. Ita his quibus mors eminent {imminet *corr.*} sine ulla dilatione offerenda. Ne dum adhuc tempus ad prebendum redemptionis misterium queritur Interueniente paulolum {paululum *corr.*} mora inueni {inueniri *corr.*} non ualeat qui {qua *corr.*} redimatur ad eius uero concubitum uir suus accedere non debet quoadusque proles qui gignitur {sic} ablactatur. {ablactetur *corr.*} Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit. ut mulieres filias filias {filias filias *corr. to filios*} quos gignunt nutrire contempnunt. eosque aliis aliis {aliis aliis *corr. to aliis*} mulieribus ad nutriendum tradunt. {tradant *corr.*} quod uidelicet ex sola causa incontinentiae [f. 256v] uidetur inuentum. quia dum se continere nolunt. dispiciunt lactare quos gignunt. Haec itaque qui {que *corr.*} filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriendum tradunt. nisi purgationis tempus transierint. uiris suis non deberent admiscere {admisceri *corr.*} quippe quia et sine partus causa cum inconsuetis menstruis {menstrues *corr.*} detinentur. {detinentur *corr.*} uiris suis miscere prohibentur. Ita {ut *add. s.l.*} morte lex sacra feriat. Si quis uir ad menstruatam mulierem accesserit quae tamen mulier dum consuetudine menstruatam {menstruam *corr.*} patitur. prohibere {prohiberi *corr.*} ad ecclesiam {ab ecclesia *corr.*} non debet quia ei naturae superfluens {superfluitas *corr.*} in culpa non ualeat {ualet *corr.*} reputari et<sup>5</sup> Per hoc quod inuita patitur. iustum non est ut ingressu ecclesiae priuetur. Nouimus namque quod mulier quae fluxum patiebatur sanguinis postergum {sic} domini humiliter ueniens uestimenti eius fimbriam tetigit. adque ab ea \*\*\*tim {statim *corr.*} sua infirmitas recessit Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit uestimentum domini tangere. Qur {Cur *corr.*} quae menstruam sanguinis patitur ei non liceat domini ecclesiam intrare? sed<sup>6</sup> dicis illam infirmitas<sup>7</sup> compulit. Has uero de quibus loquimur consuetudo constingit. {sic} Perpende autem fratres {frater *corr.*} karissime<sup>8</sup> quia Omne quod in hac carne mortale {mortali *corr.*} patimur ex

<sup>4</sup> genitur] possibly instead genitus

<sup>5</sup> et possibly added after

<sup>6</sup> sed dicis] short lacunae on both sides of this phrase

<sup>7</sup> infirmitas compulit] short lacunae within this phrase (infirmitas compulit )

<sup>8</sup> karissime quia written kmē q<sub>2</sub>, with -ē q<sub>2</sub> appearing to have been added later

infirmirate naturae est<sup>9</sup> Digno dei iudicio post culpam ordinatum. Esurire \*amque {Namque *corr.*} sitire aestuare algere lassescere ex infirmirate naturae. est. Et quidem {quid est *corr.*} aliud contra famem aelimenta. {nisi alimenta *corr.*; cf. *deletion below*} Contra sitim. potum. contra aestum. auras. Contra frigus<sup>10</sup> uestem. Contra lassitudinem. requiem querere nisi {nisi *del.*} medicamentum Quidem. {Quid est *corr.*} contra egretudines {egritudines *corr.*} explorare. femina {feminae *corr.*} Itaque et {et *del.*} menstrua. sua {menstruus sui *corr.*} sanguinis {fluxus *add. s.l.*} egritudo. est. Si igitur bene praesumpsit quod {quae *corr.*} uestimentum domini in longo reposita {longuore posita *corr.*} tetigit. quod une {uni *corr.*} personę infirmanti concedetur. {conceditur *corr.*} Cur non concedatur cunctis mulieribus quae nature suae uitio infirmantur. Sanctae autem communionis misterium in eisdem diebus percipere non debet prohibere {prohiberi *corr.*} Si his {autem *corr.*} ex magna ueneratione percipere non presumet. {presumit *corr.*} laudanda est sed si perceperit. non iudicanda. bonarum quippe mentium est. et ibi aliquo modo culpas suas agnoscere. {agnoscere *corr.*} ubi culpa non est quia sepe sine culpa agitur quod ueniet {uenit *corr.*} ex culpa. Unde etiam cum exsuriemus {esurimus *corr.*} sine culpa comedimus quibus ex culpa primi hominis factum est ut esuriamus.<sup>11</sup> Menstrua enim consuetudo mulieribus non aliqua {culpa est *add. s.l.*} uidelicet quae {quia *corr.*} naturaliter accedit. sed tamen quod natura ipsa {ita *add. s.l.*} uitata est. Ut etiam sine uoluntates {uoluntatis *corr.*} studio uideatur esse polluta. Ex culpa ueniet uitium. in quo seipsa qualis {per *add.*} iudicium facta sit. humana natura cognuscat. Et homo qui culpam ex ponte {sponte *corr.*} perpetravit reatum culpae portet inuitus atque femine ideo {ideo femine *corr.*} cum semetipsas considerant. et quę menstrua consuetudine ad sacramentum dominici corporis et sanguinis [f. 257r] accedere non presumunt. de sua recta consideratione laudandę sunt dum percipiendum {percipiendum *corr.*} uero ex religiosae uitae consuetudine eiusdem misterii amore rapiuntur reprimendę {reprimendę *corr.*} sicut praediximus non sunt. Sicut enim in testamentum {testamento *corr.*} ueteri. exteriora obseruantur opera. Ita in testamento nouo. non tam quod exterius agitur quam id quod interius cogitatur Sollicita intentione adtenditur. ut subtili sententia poniatur. {pvnatur *corr.*} Nam cum multa lex uelut inmundanda manducare prohibeat. In euangelio {tamen *add.*} Dominus dicit. Non quot {quod *corr.*} intrat in os coinquinat hominem. sed quae exeunt de ore. illa sunt quae coinquant hominem. {Mt 15, 11} Aut quae {Atque *corr.*} paulo

<sup>9</sup> est written ÷ and appearing to have been added later

<sup>10</sup> frigus] -s appears to have been added later

<sup>11</sup> esuriamus possibly *corr.* from esurimus



post. subiecit exponens. Ex corde exeunt cogitationes malae. {Mt 15, 19} ubi ubertim indictum {indicatum *corr.*} est. Quia illud ab omnipotenti deo pollutum. esse. in opere Ostenditur. quod ex polluta cogitationis radice generantur. {generatur *corr.*} Unde paulus quoque apostolus dicit. Omnia munda. mundis. coinquinatis autem et infidelibus. nihil est mundum. {Tit 1, 15} Atque mox eiusdem causam coinquinationis adnuncians. subiungit Coinquinata sunt enim. et mens eorum et conscientia. {Tit 1, 15} Si ergo ei cibus munda {inmundus est *corr.*; non est cui mens inmutanda *add. marg.*} non fuerit. quur quod mente munda {munda mente *corr.*} mulier ex natura patitur. ei in inmunditiam reputetur? Uir {autem *add. s.l.*} cum propria coniuge dormiens. nisi lotus aqua. intrare in ecclesia non debet. {sed neque lotus intrare statim debet. *add. marg.*} Lex autem ueteri populo precepit {precipit *corr.*} dicens. Ut mixtus uir mulieri et lauari aqua debeat. et ante solis occasum ecclesiam non intrare Quod tamen intellegi spiritualiter potest. Quia mulieri uir micitur. {micetur} quando inlicitę concupiscentiae animus in cogitatione per delectationem coniungitur. Quia nisi prius ignis concupiscentiae a mente de\*erbeat. {deferveat *corr.*} dignum se congregatione fratrum aestimare non debet qui se grauari per nequitiam prauę uoluptatis uidet. Quamuis hac de rem {re *corr.*} diuersę hominum nationes diuersa sentiunt {sentiant *corr.*} Atque alia custodire uideatur. {uideantur *corr.*} Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post amixtionem proprię coniugis et lauacri purificationem querere et ab ingressu ecclesiae paulolum {paululum *corr.*} reuertentes {reuerenter *corr.*} abstinere nec haec dicentes culpam deputamus esse coniugium. sed quia ipsa licita amixtio coniugis sine uoluntate carnis fieri non potest. A sacri loci ingressu abstinendum est. Quia uoluptas ipsa esse sine culpa non {nvlatenus *corr.*} potest. Non enim de adulterio uel de {de *del.*} fornicacione. sed de legitimo coniugio natus fuerat qui dicebat. Ecce {enim *add.*} in iniquitatibus conceptus sum: et in delictis peperit me mater mea: {Ps 50, 7} Qui enim in iniquitatibus conceptum se nouerat: a delicta {delicto *corr.*} se natum gemebat. Quia portat arbor in robore {ramo *corr.*} humorem uitii quam {quem *corr.*} traxit ex radice. In quibus tamen uerbi non amixtionem {admixtionem *corr.*} coniugum {coniugii iniquitatem *corr.*} nominat. sed ipsam uidelicet uoluptatem commixtionis. sunt etenim multa et {quae *corr.*} licita ac legitima. {legitima *corr.*} et tamen in eorum actu aliquatenus fedamur. Sicut sepe irascendo culpas insequitur. et tranquillitatem in nobis anime {animi *corr.*} perturbamus. et cum rectum sit quod agitur [f. 257v] non est adprobabile quod in eis animus proturbatur; {perturbatur *corr.*} Contra uitia quippe delinquentium iratus fuerat. Qui

Michael D. Elliot, November, 2013

*Libellus responsionum (Paris Bn lat. 3846)*

dicebat. Turbatus {est *add.*} prae ira oculos<sup>12</sup> meus. {Ps 6, 8} Nisi enim {quia enim nisi *corr.*} tranquilla mens non ualet in contemplatione sed ad lucem suspendere. et {et *del.*} in ira ipsum {suum *corr.*} oculum turbatum dolebat Qui {Quia *corr.*} dum mala {male *corr.*} acta deorsum insequitur. confunditur {confundi *corr.*} atque turbare {turbari *corr.*} a summorum contemplatione cogitabatur. {cogebatur *corr.*} Et laudabilis est ergo ira contra uitium. et tamen molesta qua {quia *corr.*} turbatum se aliquem reatum se esse {se esse *corr. to* incurrisse} indecabat {aestimabat *corr.*} Quia legitime carnalia {carnalis *corr.*} copula oportet ut causa prolis sit non uoluptatis. et carnis commixtio creandorum liberum {liberorum *corr.*} sit gratia. non satisfatio {sic} uitiorum. Si quis sua coniuge non cupidine uoluntatis raptus sed solummodum {solummodo *corr.*} creandorum liberorum gratia utitur. iste profecto siue de ingressu ecclesiae seu de sumendo dominici corporis sanguinisque misterio suo est iudicio relinquendus. quia a nobis prohibere {prohiberi *corr.*} non debet accipere qui in igne positus nescit urere. Cum uero non amor procreandi sobolis sed uoluntas dominatur in opere commixtionis. habent coniuges etiam de sua commixtione quod defleant. Quod enim {eis *add. s.l.*} concedit sancta predicatio. et tamen de ipsa {sua *corr.*} concessione metu animum concutit. Nam cum paulus apostolus diceret Qui se continere non potest habeat suam uxorem. {cf. 1 Cor 7, 9} statim subiungere curauit; Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium. {1 Cor 7, 6} Non enim indulgetur quod licet. quia iustum est Quod igitur indulgere dixit. culpam esse demonstrauit. Uigilante {Uigilanti *corr.*} uero mente pensandum est. quae {quae *del.*} quod in sina monte dominus populum locuturus {locutus *corr.*} ante eundem populum abstinere a mulieribus precepit. Et si illic ubi dominus per creaturam subditam hominibus loquebatur tanta prouisione est munditia corporis requisita ut qui uerba dei reciperent. {perciperent *corr.*} mulieribus mixti non essent: Quanto magis mulieres quae corpus domini omnipotentis accipiunt custodire in se mundiciam debent carnis {carnis debent *corr.*} Ne ipsa instimabilis {inestimabilis *corr.*} misterii magnitudine grauentur. Hinc etiam ad dauid de pueris suis per sacerdotem Deus ut si a mulieribus mundi essent panem propositionis acciperent Quos omnino non perciperent: nisi prius mundus {mundos *corr.*} eos dauid a mulieribus fateretur. Tunc autem uir qui post amixtionem {admixtionem *corr.*} coniugis lotis {lotvs *corr.*} aqua fuerit. etiam sacre communionis misterium ualet {ualeat *corr.*} accipere: Cum ei iuxta predefinita in sententiam etiam {ecclesia *add. s.l.*} licuerit intrare.

---

<sup>12</sup> oculus possibly *corr. to* oculus

{**INTERROGATIO** *add.*}. Si post inlusionem quae per somnium solet accedere uel corpus domini libet {quislibet *corr.*} accipere ualeat: uel si sacerdos sit sacra misteria celebrare.

{**RESPONDIT** *add.*} GREGORIUS; Et quidem hunc testamentum ueteris legis sicut in superiore capitulo diximus: Pullutum dicit. et nisi lotum aquae usque ad uesperum intrare ecclesiam non concedet; {concedit *corr.*} Quod tamen specialiter {ad illum populum. spiritaliter *add. marg.*} autem intellegens sub eodem intellectu accipiet quod {quo *corr.*} praefati sumus Quia quasi per somnium inludetur. {inluditur *corr.*} qui temptatus in immunditia ueris imaginibus in cogitationibus inquinatur. Sed lauandus est aqua ut culpas cogitationis lacrimis abluat. et nisi prius ignis [f. 258r] temptationis recederit. reum se quasi usque ad uesperum cognuscat. Sed est in eadem inlusionem {inlusione *corr.*} necessaria ualde discrecio. Quae subtiliter pensare {pensari *corr.*} debeat ex qua re accedat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula aliquando ex naturę superfluetate. {uel infirmitate *add. marg.*} Aliquando ex necessitate contingit. Et quidem cum ex naturę superfluetate uel infirmitate euenerit: Omnimodo haec inlusio non est timenda: Quia hanc animum nescientem pertulisse magis dolendum est quam fecisse. Cum uero ultra mudum {modum *corr.*} appetitu gulę in sumendis alimentis rapitur. Atque idcirco humorum receptacula grauantur: habet exinde animus aliquem reatum: Non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sancti misterii: uel missarum sollempnia celebrandi; cum fortasse aut festus dies exigit: aut exhibere misterium pro eo quod sacerdos alius in loco deest ipsa necessitas compellit Nam {si *add. s.l.*} adsunt alii qui implere misterium ualeant: Inlusio pro crapula facta a perceptione sacri misterii prohibere {prohiberi *corr.*} non debet: sed ab immolatione sacri misterii abstinere {abstineri *corr.*} ut arbitror humiliter debet: Si tamen dormientis mentem turpi imago\*\*\*tione {imaginatione *corr.*} concusserint. {concusserit *corr.*} Nam sunt. quibus ita plerumque inlusio nascitur. ut eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginationibus non fetetur. {fedetur *corr.*} quam se {qua in se *corr.*} unum {unum ibi *corr.*} ostenditur Ipsa mens non reatum {rea *corr.*} Nec tamen suo iudicio libera: Cum se etsi dormienti corpore nihil meminit uidisse. tamen in uigiliis corporis meminit ingluuiem cecidisse. Sin uero ex turpi cogitatione uigilanter oritur inlusio dormientis patet animo reatus suus Uidet {enim *add.*} a quo {qua *corr.*} radice inquinatio illa processerit. quia quod cogitauit sciens hoc pertulit {pertulit *corr.*} nesciens. Sed pensandum est ipsa cogitatio utrum in suggestione {aut in delectatione *add. s.l.*} an quod maius est in peccati consensu {ceciderit; tribus enim modis impletur omne peccatum; uidelicet suggestione. delectatione consensu. *add. marg.*} Suggestio

est. quod fit per diabulum. delectatio {est *add. s.l.*} per carnem. consensus. per spiritum. Quia cum primam culpam serpens suggestit: eua uelut caro delectata est. Adam uero: uelut spiritus consensit. Et necessarium est magna discretione inter suggestionem<sub>em</sub> atque {et *corr.*} delectationem<sub>em</sub>; {inter delectationem<sub>em</sub> *add. marg.*} atque consensum iudicem sui prode {praesidere *corr.*} animum. Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mentem: {mente *corr.*} Si nulla peccati dilectatio {delectatio *corr.*} sequatur peccatum omnimodo perpetratum non est; Cum uero delectare caro ceperit: tunc peccatum incipit nasci; Si autem etiam ad consensionem<sub>em</sub> ex deliberatione descendit tunc peccatum cognoscitur<sup>13</sup> perfecti; {perfici *corr.*} In suggestionem igitur: peccati initium<sub>em</sub> est; in dilectatione: nutrimentum; In consensu: perfectio; et sepe contingit: ut hoc quod malignus spiritus seminat {in *add.*} cogitatione: Caro in dilectationem<sub>em</sub> trahat: Nec tamen anima eidem delectatione {delectationi *corr.*} consentiat; Et cum caro sine animo delectare nequeat: ipse tamen animus carnis uoluptatibus<sub>us</sub> reluctans; In delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus: ut ei ex ratione contradicat nec consentiat: et tamen delectatione ligatus sit: sed legatum<sub>um</sub> {ligatum<sub>um</sub> *corr.*} se uehementer ingemiscat; {ingemiscat *corr.*} Unde et ille celestis exercitus precipuus milis {miles *corr.*} gemebat dicens; Uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae: et captiuum me ducentem In legem<sub>em</sub> peccati. que est in membris meis {Rm 7, 23} Si autem captiuus erat: minime [f. 258v] pugnabat; Quapropter et captiuus erat: et captiuus non erat: et pugnabat; Igitur legem<sub>em</sub> mentis cui lex quae in membris est repugnabat; Si autem pugnabat: captiuus non erat; Ecce ita {itaque *corr.*} est homo ut ita dixerim: et captiuus et liber; {liber *add. s.l.*} ex iustitia quam diligit: Captiuus ex delectatione quam portat inuitus.

---

<sup>13</sup> cognoscitur *written cogn;cit', as if cognoscitus*